DISPUTATIO SEXTA
Oppoſita

Libro 1. & 2. De Pont. Rom.

R. CONRADO Weiningern/ *Sultzbergâ-Briſgoio.*

THESIS I.

CAPITIS MORBOS ac vulnera omnium periculoſiſſima eſſe, tùm Medici omnes uno ore fatentur, tùm etiam ex eo manifeſtum eſt, quòd & curatu difficilima ſunt & totius corporis ſalutem in diſcrimen adducunt. Hoc quia non ignorant Papicolæ, ideoq; cùm vident Pontificiæ ſuæ Eccleſiæ capiti non unum, ſed multiplicia & lethalia quidem inflicta eſſe vulnera, nihil non tentant, nulla non pharmaca, quæ vel ars excogitare, vel ſubminiſtrare natura poteſt, adhibent, quibus pontificium ſuum corpus, de vita planè jam periclitans, ſi non ſervare omninò; utcunq; tamen ſuſtentare poſſint. Quo in negotio minimè otioſus eſt Bellarm. Je-

 buſita,